

certè quām virtutes medium locum tennentes, magis ipsis virtutibus quandoque extolluntur. Et sāpe hīc vulgari decipi-
mur proverbio, quōd *rara præclara* existi-
memus, quod equidem universale non est,
præsertim si ab entibus ad non-entia tra-
ducatur, ut in præsenti fit negotio, ubi de
raritate vitii agitur.

6. Atque ita vitium mentitur virtutem & ens rationis, ut cum Metaphysicis lo-
quamur, fit simia entis realis, non - ens
imitatur ens.

7. Textus Juris Canonici hanc ad rem accommodatus ille legitur distinct. 41. cap. 6. *Sāpe se vitia esse virtutes men-
tiuntur, ut tenacitas parsimonia, effusio lar-
gitas, crudelitas zelus justitiae, remissio pietas
velit videri. Ubititulus: Sub specie virtutis
sāpe se vitia ingerunt.*

EXERCITATIO LXXIII.

*Prodigalitatis & avaritiæ, avaritiæ & ambitio-
nis, superstitionis & atheismi comparatio.*

1. Cūm bonum uniforme sit, ma-
lum verò multiforme, mirum
non est, uni virtuti plura opponi vitia,
quemad-